

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Io. Rvdolph. Engav Ivrivm D. & P.P.O. In Academia lenensi
Elementa Ivris Criminalis Germanico-Carolini**

Engau, Johann Rudolph

Jenae, MDCCXLVIII.

VD18 12413879

Tit. VII. De Fvrto, Illivsqve Crimine.

urn:nbn:de:gbv:45:1-10011

impertrare poterat. *L. Ripuar.* tit. f. §. 1. *Capitul.*
Car. M. IV, 56.

* Hæc pro varietate damni delicto dati non poterat non uariare. *POLAC System. Iurispr.* *Giu. Germ. ant.* II, 22, 3. seq.

§. XCII.

Wette,
Busse.

Idem postea obtinuisse usū docent (1) duo illa specula, quæ iudici *muletam*, Wette, Gewette, accusatori uero seu læso *emendam* die Busse, tribuunt e); & (2) parcemia: Mit dem Tode wettet man den Richter und büsstet den Kläger f).

§. XCII.

Vsus ho-
diernus.

Hodie multi (1) uocabulis: *multæ* & *emende* utuntur promiscue; (2) confundunt recepta iura cum domesticis, ubi disputant: an & in quantum læso satisfieri debeat, si criminosus uel capitalem uel corporalem pœnam sustinuit?

TIT. VII.

DE

FVRTO, ILLIVSQVE CRIMINE.

MEMBRVM I.

DE FVRTO IN GENERE.

§. XCIII.

Furtum,
quod

Furtum est ablatio g) * rei alienæ

e) *I.P.S.I.*, 53. III, 32. g) d. nr. *de furto ma-*
53. *Sueu.* p. 83. 320. 484. *gnō* §. I. ** diss. b. *HEI-*
& 486. ed. *BERGER.* *NECCIVS Elem. Iur.*
f) gl. ad *I.P.S.II.*, 35. *Germ.* lib. II, tit. 19. §. 32.



næ **, inuito domino, animo lucrandi facta.

* Romanis essentia furti in *contrectatione* consistere uisa est. Hinc disputarunt: Num qui totum contrectat, partem aufert, fur totius dici queat?

** Germani furtum *usus & possessionis* ignorarunt I. P. S. III, 22, vel saltem improprium habuerunt, REINHARTH d. de diuersa furti secundum Ius Ciu. & Germ. idea. §. 10, seq.

§. XCIV.

Furtum (1) in nocturnum et diurnum dividitur (1) tiquitus b), atque (2) in manifestum & nec in nocturnum, ab aliquot retro seculis * diuiserunt Germani. Hæc posterior diuino, in Carolina licet Nemesi probata fue- (2) manifestum, & nec rit i), hodie tamen ex foro exulat k). manifestum

* Aliter sensit, atque istam diuisionem antiquissimam esse; adfirmavit nec tamen probauit b. HEINEC. CIVS c. l. §. 34. & 61. *

§. XCV.

Porro personarum intuitu, quæ furantur, (3) domesticum & extra- cum & ex- neum dividunt. Illud prout a personis coniunctis u. c. patre, filio, uxore &c. aut ab inquilinis, famulis &c. commisum est

b) L. Wifig. VII, 2, i) art. 157. 158.
15. 16. Baiuar. VIII, 5. k) THOMASIVS de Burgund. addit. 1. tit. 16. usu actionum paenaliū §. 2. seq. Capitular. V, c. 3. §. 42.
191. VI, 19.



est 1), uel *proprium* uel *improprium* doctrinæ causa nobis dicere licebit.

§. XCVI.

4) *magnum* Pro uarietate damni, quod fur dedit,
 & *paruum* Germani furtum (4) in *magnum* & *paruum*
 pro numero iam olim distribuerunt m). Illud ex di-
 spositione Nemeseos Carolinæ est, quod superat, *hoc*, quod non adscendit, 5. so-
 lidos. n)*

* Olim non idem furtum omnibus gentibus vide-
 batur *magnum*. FRIDERICVS I. 2. F. 27. §. 8.
 & Spec. Suev. c. 115. Stat. Goslar. II, tit. von
 uredebracke &c. illud QVINQUE, I. P. Saxon.
 uero II, 13. TRIVM, Stat. Stadens. p. IX. c. 7.
 OCTO SOLIDORVM æstimarunt. Vid. d. nr. de
 furto magno §. 3. seq.

§. XCVII.

solidorum, Quæ licet ita statuta sint, tamen de qua-
 de quorum titate furtum *magnum* conficiente, sicut
 ualore olim disputabatur, ita disputatur hodie,
 quoniam, sicut in LL. antiquioribus, ita
 quoque in Carolina Nemesi, occurrunt
 uerba uariam quantitatem denotantia o).
Solidum enim uel *aureum* uel *argenteum*,
 & utrumque non unius eiusdemque ua-
 loris apud omnes gentes germanicas fu-
 isse,

1) Ill. AYRER d. rispr. Germ. ant. III. 11, 41
 de furti domestici pœna n) art. 157. §. 1 &
 sect. 2. §. 1. seq. 160. §. 1

m) POLAC syst. In o) c. disp. nr. §. 6. seq.



iste, uel ex legibus oo) constat, & nos docuiimus alibi p).

§. XCVIII.

Sic quoque Carolus furtum rerum 5. sat constat florenos pretio superantium habet minimus, gnum, non indicans, Misnicios, Rhénanos, imperiales an quos alias intelligat florenos. Vnde prudentes mitiorem sententiam fecuti, iudicarunt, eo significari aureum Vngaricum, huiusque ualorem mutatum & mutandum attendi debere.

§. XCIX.

Cui disputationi finem imposuerunt quidam principes, certam summam, quæ furtum magnum conficeret, legibus suis definientes*. Sic u. c. *Iure Austraciaco* 25. fl. Rhenenses q), *Saxonico Electorali* 12 $\frac{1}{2}$ imperiales r), *Palatino & Badensi* 10. floreni Rhenenses s), *Lubecensi* 5. floreni aurei Lubecen-

oo) *L. Sal.* tit. XXIX,
1. XLI, 10. XLIV. Capitul. Car. M. III, 106.
L. Saxon. tit. XIX. ibique
que GAERTNER *L. Frision.* tit. XV, 1. ibique
SICCGAMA.

p) *Elem. nr. Iur. Germ.*
lib. II. §. 68.

q) *Ord. Crimin. Austr.*
art. 84.

r) *Mand. Reg.* d. 27.
Jul. 1719. ap. LVNIG.
Cod. Aug. Vol. I. p. 1902.
KRAVSII d. de eo
quod iustum est, circa
poenam furti in primis I.
Sax. §. 25.
s) *Churfälz. Malef.*
G. tit. 44. Bsd. Land-
R. p. VII. tit. 48.
t) *I. Lub.* IV, 1, 4.



beçenset.) *Mulhusino* 30. fl. ualoris *Mulhusini* u) &c. furtum magnum conficiunt.

* Quandoque moribus idem factum est. Sic *Ienenses* 1Cti ad furtum magnum XX. *Ioachimicos STRV ex exerc.* XLVIII, 22. *LYNCKER dec.* 65. 124. *Tirolenses* uero XXV. libras, 25. *Pfund perner*, requirunt. *KRESS.* ad *art.* CLX. §. 2. not. 4.

§. C.

Vnde hæc deduco axiomata:

- I. Sine ablatione non datur furtum.
- II. Furari potes non nisi aliena.
- III. Ablatio rei alienæ consentiente domino facta furtum non est.
- IV. Animus lucrandi furtum animat.
- V. Num magnum an paruum furtum sit commissum, significat sola quantitas damni eo dati.

§. CI.

est ablatio

Ex primo (§. C, 1.) facile intelligere potes, furtum (1) ab illo tantum attentatum esse, qui quidem in eo fuit, ut rem auferret, sed uel impeditus uel facti pœnitens non abstulit (§. XXI, 2.) x); (2) nullum uerbo, scriptura, oculis, auribus uey) committi, nec (3) proprium fieri posse

u) *Stat. Mulhus.* V, 26, 1. y) *WILDVOGELII de furtis impropr. c.*
x) *STRYK d. de fact. 2. §. 6. 7.*
cul. & direct.



se nisi rerum *mobilium*, utpote instrumen-
torum z), piscium a), frugum b)*, apum c),
immo cuiusuis generis animalium d),
cæsarum arborum e), &c., & quidem (4)
earum, quas possidet alius. Vnde non nisi
fures improprie tales erunt, qui rem alienam
ex cuiusdam conuentionis lege sibi
traditam interuertunt f) (§. XX, 2.), ut-
pote (a) tabellarius rem alio perferen-
dam consumens g), (b) tutor rem pu-
pilli in suos usus & animo sibi habendi
conuertens, (c) qui annulo, quocum ur-
Caiæ conciliat amorem Titio, mis-
sus est, utitur ad fauorem uirginis sibi
conciliandum, (d) uendor, qui ex
ædibus cessis sed nondum traditis aliquid
detrahit h). Cur uero (e) trituratores,
frumentum auertentes, aliqui huc refe-
rant i), equidem non video.

* Fur-

z) HOFFMANN d. §. 10. seq. KRESS ad
Consil. To. II. conf. 22. C.C. art. 170. §. 1. not. f
nr. 6.

a) C. C. art. 169. concl. 58. MOLLER se-
b) C. C. art. 167. mestr. IV, 2. HAR-
c) MULLERI d. de PRECHT vom R. der
iure apum c. 3. Fuhrleute p. 101.

d) POLAC c. I. III, b) BERGER Elect.
II, 8. Jurispr. Crim. suppl. p.
e) C. C. art. 168. co- II. obs. 22.

LER p. I. dec. 144. seq. i) TREIBERI d. de
SCHILTER exerc. furibus frumentariis
XLIX. §. 17. WERNHER p. V. obs.

f) REINHARTH c. 103.



* Furtum tamen non committit, qui utitur iure illo, quod dicitur das Reuter Recht.

§. CII.

rei alienæ

Quia furari potes non nisi aliena (§. C, 2.), furtum facere nequis (1) *rei propriae**, si uel maxime (a) eam alienam habeas *k*, aut (b) in ea ius tertio concesseris antea **; (2) *verum, quæ domino carent*, u. c. rerum nullius, derelictarum ***. De amissis uero & nauis leuandæ gratia electis, aliud dicendum erit.

* Vnde est, quod furtum domesticum proprie sic dictum (§. XCV.) ut furtum non vindicetur. C. C. art. 165. LEYSER fp. 556.

** At L. Wifig. V, 6, 2. debitorem, qui creditori suo pignus, quod dedit, aufert, habet furem; tamen impropte tales (§. pr. 4.).

*** Rerum hereditiarum furtum ignorarunt Romani §. 1. I. de R. D. statuentes crimen *expilatae hereditatis*.

§. CIII.

inuitu do-
mino

Fallor, aut ex tertio (§. C, 3.) constat, furem non esse, qui quidem putauit, se inuitu domino rem auferre, sed eo uolente & consentiente abstulit (§. XX, 1. XXI, 3.).

§. CIV.

animo lu-
crandi fa-
cta.

Quartum (§. C, 4.) docet, licet non omne scelus, tamen furti delictum cessare in

k) WILDVOGEL c. d. c. III. §. 2.



eo, qui (1) rem alienam *libidinis l*), *petulantiæ m*), *iniuriæ aut ueritatis occultandæ gratia* inuito domino abstulit, aut (2) *ea instrumentorum corpora, quorun tenor aliunde probari potest facile*, surripuit, aut (3) cui rem quandam abstulit, ei statim reddidit eiusdem pretii aliam.

§. CV.

Ad quintum (§. C, 5.) notes (1) neque *Furtum dignitatem* aut *paupertatem laesi n*), (2) *magnum neque lucrum* quod fur *percepit o*), aut (3) illud, quod ex re sibi surrepta sperauit *laesus p*), sed (4) *quantitatem damni furto*, non autem furti occasione *q*) *falsoe furtum insecuto r*), *dati*, attendi debere ab eo, qui furtum magnum a paruo uult dignoscere.

§. CVI.

Damnum autem furto datum æstima- quo pretio tur neque adfectionis neque singulari illo, æstimetur?

quod peregrinantes aut milites expeditio-

Engau Ius Crimin.

E ni

-
- | | |
|-------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------|
| l) THOMASII d. de
<i>furto ancillæ.</i> | p) WERNHER p. IX.
<i>obs. 71.</i> |
| m) KRESS <i>de priuil.
agric.</i> | q) C. C. C. art. 160.
§. 3. u wie schädlich
dem Beschädigten der
Diebstahl seyn mag. |
| n) Saligs d. de <i>pœna
furti rei incertæ æstima-
tionis c. 3. §. 8. b.</i> | r) HOMMEL <i>de mi-
tiganda furti pœna ob re-
stitutionem rei ablatæ
§. 10.</i> |
| o) BERGER <i>Elect.
Iurispr Crim. c. 2. m. I.
§. 7. p. 42.</i> | |



ni accincti nummis cuiusdam generis ponunt, sed uulgari ordinarioue pretio s).

§. CVII.

Participatio furti. Furtum illud participas, cui efficienter i. e. mandato (§ XXIV.) consilio (§. XXV.) auxilio (§. XXVI.) alioue modo ad illud patrandum ordinato & necessario , antecessisti.

MEMBRVM II.

DE

CRIMINE FVRTI, ILLIVS-
QVE POENA.

§. CVIII.

Crimen furti, cuius Furtum (§. XCII.) quod dolo malo perpetratum est, *crimen* (§. XXXI.) audit furti.

§. CIX.

alii sunt Vnde sequitur (1) ut neque *dolus sine furto*, neque *furtum sine dolo* constituat crimen furti (§. XXXIV, 1.), sicque (2) huius accusari nequeant nautæ , aurigæ, tabularii, qui retransportandas dolo malo surripuerunt*; (3) ut criminis furti socius is demum sit, qui furto efficienter (§. CVII.) antecessit sciens uolensque (§. XLIV.) i. e. lucrandi animo; (4) ut qui dolo malo furtum committere, aut committendo cau-

s) BEYER, KRESS aliquique ad C. C. C. art. 160,



causam dare uoluit, sed, quo minus committeret, aut committendo causam daret, impeditus est, non nisi intentati criminis furti reus queat dici (§. XXXIV, 2.).

* Aliud I. Lub. IV, 1, 7. & I. P. Bad, V, 61.
statutum esse, non ignoramus.

§. CX.

Ex eodem porro intelligo (s) eos, qui alii uidentur esse rei, tempore, quo rationis usu (§. XXXV. seq.), aut uoluntatis libertate (§. XXXIX. seq.) in tantum sine sua ipsorum culpa erant priuati, furati sunt, furtumue committendum iuuerunt mandato, consilio, auxilio (§. XLVI. seq.), criminis furti non omnino reos esse soeirosue. Id quod speciatim dicendum erit (a) de pueris, siue XIV. annis minoribus, quorum malitia non supplet ætatem t), (b) de iis, qui ex imperitia aliquid abstulerunt, (c) de iis, quibus inopinato furandi occasio data est (§. XXXIX, 5.), secundum illud: Gelegenheit macht Diebe u).

§. CXI.

Crimen furti qualificatur (i) reiteratio. qualificatur ne (§. LV, 5.). Reiteratum uero dici nequit furtum, nisi circa diuersum obiectum diuersoque tempore perpetratum fuerit (§. XVI.) x). E 2 §. CXII.

t) C. C. art. 164.

x) SALIG c. d. c. 2.

u) PISTOR cent. 3, §. 8. BERGER El. Iur. paræm. 50. HERT. epid. rispr. Cr. p. 40.
paræm. 27.



§. CXII.

2) modo

Qualificatum quoque habetur crimen furti (2) quod uel singulari & non præuiso astu commissum est (§. LV, 2). Huc refert Nemesis Carolina illud (a) quod ædibus effractis patratum est, (b) quod fecit armis letiferis instructus, (c) quiue scalis admotis inscenderat ædes y). Eadem satis innuit, eos quoque criminis furti qualificati reos esse, qui, ubi (a) casam ex limo confectam securi ruperunt, (β) arma, quæ uidentur letifera, intulerunt, (γ) fenestras eiecerunt, (δ) tectum stramineum sciderunt, (ε) fores clave adulterina z) aut (ζ) seram puluere nitrato aperuerunt a), &c. res dolo malo surripuerunt b).*

* CARPZOVIVS pr. crim. qu. 79. ascensionem cum effractione armisque coniunctam, immo seditionem & tumultum requirit, ut furtum qualificatum, periculosum, uiolentum dici queat. Atque haec illius sententia, et si uoluntati legislatoris C. C. art. 159. declarata & art. 160. repetitæ contraria, rebus tamen per duo fere secula iudicatis firmata est. BLVMBLACHER ad C. C. art. 159. BOGER de furis c. I. Hodie uero ICti HALENSES V. BODEN d. de furto periculoſo

§. 44.

y) C. C. C. art 159. §. 21. seq. HERT. Resp.
160. §. 5. HENR. de 271. nr. 2.
BODEN de furto peric. a) STRYK V. M. ff.
§. XI. seq. h. §. 2.
z) TABOR racemat. b) KRESS, comment.
crimin, ad C. C. art. 159. ad art. 159.



§. 44. HELMSTADIENSES apud LEYSERVUM
spec. DXXXV. m. 9. 10. aliisque uerba Constitutionis Carolinæ sequuntur.

§. CXIII.

Quia nullum furtum est sine ablatione (§. C, 1.): consequitur, eum, qui ædes effregit, adscendit aut eas armatus intravit, ut furtum committeret, quod tamen postea non commisit, attentasse tantum, non uero consummata esse crimen furti qualificati c).

§. CXIV.

Crimen furti porro atrocius reddunt 3) sanctitas loci, ubi illud commissum est d) (§. LV, 4.); (4) qualitas rerum furto surreptarum, ut si sacræ sint, eæue, quas prostare iussit necessitas e), u. c. ligna per flumen publicum natantia, aratum, siphones & harpagines incendiarii &c. (5) nocturnum aliudue periculofsum tempus, quo patratum est f) &c.

§. CXV.

Qui in fauorem amici, quem immo- Qu. crimen derato prosequitur amore (§. LII, 5.) rem furti, aufert alienam inuito domino, quasi criminis furti reus est.

E 3

§. CXVI.

c) KRESS c. I. §. 2. 3.

e) Spec. Sueu. c. 114.

d) L. Baiuar. VIII, 2, 1.

f) I. P., S. II, 28.



§. CXVI.

Furtum ne-
cessarium.

Neque ueri neque *quasi criminis furti* reus est, qui *summa necessitate adactus res*, quibus indiget, inuitis abstulit aliis (§. XXXIX, 3.) g). Eum uero, qui (a) sua ipius culpa, eaque præsenti, fecit, ut subiret necessitatem, (b) qui uitium & amictum ad uitam conseruandam necessarium, quem precibus potuit consequi, furto subtraxit, aut (c) quem nullo modo consequi potuit, abstulit ei, qui hoc facto in idem coniectus est periculum e), itidem (d) qui uel plus, quam ad evitandam mortem necessarium est, uel (e) qualificato modo idem illud, quo indigebat, furatus est &c. crimine uicare neque naturalis neque criminalis iuris Dd. autument b).

§. CXVII.

Quæ pœ-
nam crimi-
nis furti

Nemesis Carolina iubet (i) pœna la-
quei * masculos coerceri, ob crimen quod
commiserunt furti (a) qualificati i) **,
(b) magni k) ***, (c) tertium iterati l) †;
(2) pœnam dupli †† luere reos criminis
furti parui m).

* Ra-

g) C. C. art. 166. nis d. de ablat. rei alien.
WILDVOGELII d. de næ in casu necess.
furt. impr. c. 2 §. 9. i) C. C. C. art. 159.

b) BOECLERVS ad §. 3.
GROTIUM II, 2, 6. PV- k) a. C. C. C. art. 160.

FENDORF de O. H. l) C. C. C. art. 162.

C. II, 5. SIMO- m) Ibid. art. 157. §. 2.



* Rationem, cur feminas non suspendi, sed in a-
quis suffocari iubeat Imperator a. 159. §. 3. aut
capite truncari uelint *I. Prou. Bad. p. VII. tit.*
47. §. 3. I. Lubec. IV, 1, 15. Stat. Mulhus. V,
26. I. Chur=V. des S. Oberpfalz M. Proc.
O. tit. 12. a. 2. Dd. in pudore querunt. Huic
quum facile possit consul, hodie feminas laqueo
suspensas hinc inde uidemus.

* * Pœna laquei, quam in furtum qualificatum post
L. Burgund. XXIX, 3. Saxon. IV, 2. 4. & Con-
stitutionem Fridericianam 2. F. 27. §. 8. simili-
citer statuit Carolina Nemesis, alicubi illud tan-
tum ex qualificatis sequitur, quod uel iteratum
est uel magnum Chur=V. des S. Oberpfalz
M. O. tit. 12. Contra I. Marchico ille, qui æ-
des, quas effregit, intrauit armis instructus, ibi-
que furatus est, rota contunditur. MYLIVS Corp.
Constitut. Marchicarum p. II. sect. 3. nr. 75.

*** Licet Franci, Baiuarii, Saxones de quantita-
te, quæ furtum conficiat magnum, a se ini-
cere disseuerint (§. XCVI. *), eorum tamen
mores legesque in eo conueniebant, quod fur-
tum magnum capite luendum sit. *L. Ripuar.*
LXXIX. MARCVLF. adpend. form. c. 50. L.
Baiuuar. VIII, 8. L. Saxon. IV, 1, 7. Idem,
quod postea quoque usu seruatum esse docent
*I. P. S. II, 13. Sueu. c. 114. itidem Susatica,
Goslariensis, Bremenia, Stadensis aliaque iura,
num C. C. art. 160. statuerit Carolus? omnino
dubium est; illud contra certum, quod *Bad. L.*
R. p. VII. tit. 47. §. 4. tit. 48. §. 1. Bayer.
M. O. tit. VIII. a. 8. Stat. Hamburg IV, 33.
Magdeb. Pol. O. tit. 71. §. 1. Churpf. M.
O. tit. 43. §. 4. tit. 44. §. 2. I. Salisburg. ap.
BLVMBLACHERVM ad C. C. C. art. 160. &
quædam alia iura furtum magnum, ubi simplex est
& primum, pœna laquei coerceri nolint. Disp.
*nr. cit. §. 18. seq.**



† Hoc alicubi tunc demum pœna laquei vindicatur, si magnum sit, Stat. Hamb. IV, 33. & ab eo, qui bis punitus non resipuit, commissum. Magdeb. Pol. O. tit. 71. §. 1. Churpf. Mal. O. tit. 43. §. 3. idem I. Hannouerano statutum esse, docet Conf. AYRER de furto domesticō sect. I. §. 14. not. 6.

† Quæ pœna hodie extra usum est, THOMAS II d. de usu actionum pœnal. I. Ro. in foris German. quicquid dicat GRASS collat. I. Ciuit. cum ordin. Crim. sect. III. p. m. 682. seq.

§. CXVIII.

mitigent, in Quia uero, furtum sit commissum, genere, & quodcumque uelit, personæ furis qualitas & reliquæ circumstantiæ attendi debent: non potest non iudex, pœnam furi irrogaturus, habere rationem (1) *doli* in tantum *cessantis* (a) ob minorenem ætatem (§. XLV, 1.) n), (b) malam educationem, (c) rusticitatem, (d) animum malis cuiusdam tertii artibus deprauatum, huncque subsecutam pœnitentiam, eam præfertim, qua res in priorem statum reducta fuit (§. LXXXIV. 3.) o), (e) commodam occasionem, quæ ad furandum inuitauit (§. CX, c) &c. (2) furti tantummodo attentati (§. LXXXIX.); (3) corporis delicti uel incerti uel plane deficientis; (4) uel coniugii uel cognationis uinculi inter

n) C. C. art. 164.

o) HARPPRECHT p.
II. conf. 54.



inter furem & læsum intercedentis (§. CII.*) p) &c.

§. CXIX.

Contra causis, pœnas criminis furti mitigantibus, falso annumerantur (1) furis nobilitas q), (2) uita *militaris* r) uel (3) *academica* s), & (4) *artificium* t); (5) furum passi *infidelitas* u); (6) *intercessio* pueræ aut meretricis pro fure ad mortem condemnato (§ LXXXIV, λ).

§. CXX.

Furi qualificato hoc prodest, quod (1) *uispeciationem* admodum leui, nec astu singulari ædes pœnam cri-
intrauerit, aut (2) furtum non consumma- minis furti
uerit (§. CXIII.); non uero illud (a) quod *qualificati,*
primum furatus sit; (b) quod *animum occidendi*, tempore furti commissi, non ha-
buerit x); (c) quod non ascenderit, mul-
to minus ascenderit & effregerit simul &c.

E 5 y);

p) WERNHER p. VI.
obs. 458.

q) FRANCKEN-
BERGS R. Sprüche
p. 2. Stoc̄hausen d. de
odio sing. erga fures
c. 3. §. 9. p. 59, LEY-
SER d. de iniust. in fu-
res indulg. §. 6. Dispen-
tientes laudat STRVV.
d. de fur. a pœna laq.
immun. c. 2.

r) DIESSELDORFF
de rigore pœnarum mi-
litarium.

s) LEYSER sp.
DXXXII. m. 13. seq.

t) BRUCKNERI d.
de artif. delinq.

u) Diss. MARTA de
iurisdictione Vol. I. c. 24.
nr. 14.

x) LYNCKER. de-
cis. 260.



y); porro (d) quod *lucrum* s. non excedat solidos z), aut (e) restituzione rei furtivæ alioue modo cesseret a). Quædam tamen prouincialia iura contrarium statuerunt (§. CXVII. **).

§. CXXI.

magni, Ad mitigandam pœnam, quæ in crimen *furti magni* statuta est, facit (i) exceptio *damni*, si non in totum, in tantum tamen, & quidem ita, *cessantis*, ut, quod domino* adhuc abest, ualorem s. aureorum non excedat b). Nihil autem interest, utrum fur rem ablata rem restituerit **, illius æstimationem præstiterit, cum læso transegerit c), quod compenset, se habere, probauerit, a læso damnum remisum *** tulerit, an damnum cesseret modo alio.

* BERGER c. I. p. II. obs. 35. LEYSER sp. DXXXV. m. 13. LUDOVICI d. de restit. rei abl. c. 2. §. 13. nihil interesse putant, siue domino, siue tertio, qui culpa carens rem furtivam restituere iussus est, plus absit s. solidis. Ait diuersorum criminum pœnam confundere uidentur mihi.

** I.

y) Dissent. HARP-
PRECHT ad §. 5. I. de
Oblig. quæ ex del.

z) CARPZOV. pr.
crim. q. 78. nr. 51. TA-
BOR ad art. 161. nr. 11.

a) CARPZOV. p. IV.
const. 32. d. 15.

b) arg. C. C. C. art.
160. §. 3. Disp. nr. cit.
§. 12. seq.

c) CARPZOV p. IV.
const. 32. def. 4. LUDO-
VICI d. de restitutio-
ne rei furtivæ c. 2. §.
4. seq.



** I. *Sax. El.* neque restitutio neque remissio a pœna liberat ordinaria, nisi facinoris confessio ante responsionem ad articulos facta fuerit.
REINHARTH d. de fure pœnitente, eiusque pœna. *HOMMEL de mitiganda furti pœna ob restitutionem rei ablatæ §. 19. seq.*

*** Remissionem sub conditione factam, si uel maxime index hanc adimplere nequeat, attendi debere, statuit *BEYER delin. I. Crim. p. 319.* nr. 55. ast perperam.

§. CXXII.

Idem efficiunt (2) exceptiones *lucri* quodammodo *legitimi d.*, & (3) rerum furto surreptarum *estimationis* uel nunquam certæ*, uel adhuc in dubium uocandæ **.

* Huc communis Dd. schola referre solet apes, pisces, caneros, ligna, fruges &c. *CARPZOV pr. crim. qu. 83. nr. 24. disp. nr. cit. §. 16.*

** Huic opinioni iniustam in fures indulgentiam subesse, putat *III. LEYSER Spec. DXXXV. m. 21.*

§. CXXIII.

Pœna laquei, quam in furtum tertia *tertium ite-*
nus reiteratum statuit ius Carolinum, rati.
propterea, quod (1) tria furta simul sum-
ta non conficiant quinque solidos e),
quodque (2) nec emendatio tentata, nec
pœna

d) *LEYSER sp. 537. ad O. P. W. p. 375.*
m. 4. *GRASS collat. I. Ciu.*
cum Ord. Crim. sect.

e) *LINDENSPVHR XIII. §. un. p. 665.*



pœna ob primum aut secundum furium
inficta unquam fuerit *f*), remitti ne-
quit *g*), nisi hoc uelint leges moresque
prouinciales (§. CXVII.†).

§. CXXIV.

An pœna
laquei ex-
asperetur?

Fures *balnearii*, iique (2) qui res *domi-*
norum suorum *, aut (3) ad alios perti-
nentes tempore *incendii* **, *ruinæue*, aut
(3) ex *residentia* ***, alioue loco *priuile-*
giato, aut (4) *quarta uice* rapuerunt, grauiorem (§. LV.LXXV.a.), non
tamen laqueo asperiorem, pœnam sustine-
re debent. *Peculatoris* hodie ut fures pu-
niuntur *b*). Idem de *abigeis* † dictum ue-
lim *i*). Vnde ab ordinaria pœna immu-
nes sunt, qui pecora, de quorum proprie-
tate lis erat (§. CX.b.), aut alia sine lucran-
di animo abegerunt.

* Furtum a famulis patratumi capitale est in terris R. M. Br. germanicis, si 5. imperiales excedat; in provinciis uero R. Borussiæ subiectis, si cista effracta patratum est, aut damnum furto datum L. thaleros ascendit. Doct. AYRER d. de *furto domestico* sect. 2. MYLIVS Corp. Conf. March. p. II. sect. 3, nr. 75.

** Cuius-

f) Diff. GRASS c. I.
p. 667. STRYK V. M.
ff. h. §. 19. BERGER
E. I. Cr. c. 2. §. 6. LEY-
SER sp. 535. m. 12.
g) REYHER de *fur-*
to denuo iterato sive ter-
tium patrato.

b) THEODORICI
colleg. Crim. c. IX.
aph. 3.
i) CARPOV. pr.
crim. q. 86. nr. 39. BER-
GER El. Iurispr. Crim.
p. 62. THOMASIVS
d. de *abigeatu* §. 91.



** Cuiuscunque furti crimen incendii tempore commissum, capit is pœna vindicandum censem Stat. *Mulhus.* V. 27. *Chur-B. des S. Ober-Pfaltz* Mal. Proc. O. tit. XII. a. 5. Idem I. El. *Brunsv.* statutum esse nos docet PVENDORF introd. in process. crimin. *Luneburg.* c. 24. §. 51.

*** I. *March.* crimen furti, etiam parui, si quod perpetratum, itidem furti qualificati, si quod attentatum, in quadam regis residentia, capitale est. *MYLIVS* c. l. nr. 23. p. 33.

† *Ed. Theodor.* c. 115. quadruplum, & *L. Wisig.* VII, 2, 10. nouecuplum iubet a peculatori restitu.

†† *Ed. Theod.* c. 56. seq. criminosos abigeos gladio feriri iubet, quos *L. Sal.* tit. 2. inter pecorum genera, numerum & ætatem distinguens non una mulcta coercendos putat. Denique *L. Ripuar.* XVII, 1. seq. DC. solidis, præter capitale & dilataran, mulctantur abigei.

§. CXXV.

De furum sociis hæc uelim notes: (1) Quid de so-
quod eos, si non solum efficienter, sed & ciis crimi-
scientes uolentes animo lucrandi furto nis furti
anteceesserint, pœna supra (§. CXVII.) re- sentien-
lata, propterea que, si (a) quantitatem §.
solidorum ex furto obtinere potuerint,
aut (b) tertia uice concurrerint, aut (c)
qualitatem participauerint, quæ furtum
redit grauius, pœna laquei maneat; (2)
quod receptator rerum furtuarum aut
ipsius furis non in eodem semper reatu-
fit, quo fur est; (3) quod, cur eos, qui
furta sibi nota non reuelarunt, aut com-
missa rata habuerunt, pœna ordinaria per-
sequa-



sequaris, non sit (§. XXVII. XXIX.), nisi ratihabitio aut intermissa reuelatio eum in finem facta fuerit, ut, quod quoque postea secutum est, fur magis ad delinquendum inuitaretur, & ratihabens nec reuelans lucrum perciperet; (4) quod furum socii uti possint tam illis exceptionibus, quas furibus dari diximus (§. CXVIII. seq.), quam aliis, societatis intuitu (§. XXIV. seq.).

MEMBRVM III.

DE

ACTIONE CIVILI, QVAE FVR-
TVM PASSO COMPETIT.

§. CXXVI.

Res furtiva
uindicari
potest 1)^a
fure, huius-
que 2)^b he-
redibus,

Furtum passus ad rem furto surreptam
restituendam, illiusue pretium sol-
uendum, agere potest (a) contra furem ^{k)},
illiusque heredes *. Quod uero in ho-
rum bonis hypotheca tacita gaudeat, ad-
firmare nequeo ^{l)}.

* Mores antiquos I. P. S. I, 6. III, 31. gl ad II,
35. descriptos, quibus heredes furis, qui pœ-
nam capitalem sustinuit, a restitutione rei fur-
tiæ iam consumtæ erant liberati, post cen-
suram Sp. Saxonici, quam egerunt Gregorius
IX. & Eugenius IV., reprobarunt populi ex-
tra

^{k)} LUDOVICI d. de Resp. 190.
restitut. rei furt. c. I. ^{l)} BARTH. diffen-
§. 6. seq. HOMBORG su 49.



tra Saxoniam degentes. Ill. BOEHMER I. E.
P. V, 17. §. 135. BARTH *dissensu* 47 probatos
uero ad heredes illius furis, qui poena aliqua
corporali affectus, atque in perpetuum rele-
gatus est, extenderunt AVGUSTVS & IOAN-
NES GEORGIVS El. Sax. p. IV. const. 12. &
decis. 86; contra penitus reprobauit AVGUSTVS R. Constat. wegen geschwinder exequi-
rung wider die Diebe und Räuber 1719. v.
MENCKENII d. de reo, eiusque herede ex de-
lictio corporis adfictiuam pœnam merente ad abla-
ti expensarumque restitutionem obligato §. 30.
seq.

§. CXXVII.

Ad idem quoque agere potest (3) con- 3) a tertio
tra tertium tam b.* quam m. f. possessorem, possessore,
nec non contra eum, qui possidere desiit. &
Hic prout m. aut b. f. possidere desiit, uel
æstimationem rei furtivæ, iam alienatæ,
uel lucrum, quod ex alienatione perce-
pit **, præstare tenetur.

* I. Lubec. IV, 1, 3. equis furtivus a quarto, &
I. Hamb. res furtiva trans mare apportata ab
ullo, b. f. p. vindicari nequit. *Elem. nr. I.*
Germ. II, 196. 5.

** *Ordin. Polit. Magdeb.* c. 22. §. 7. iubet ab eo
præstari uerum rei ablatæ pretium.

§. CXXVIII.

Denique iudex rem furtivam retinere, 4) ab ipso
& sibi tribuere nequit m), ne quidem sub iudice,
specie recuperandarum impensarum, si
quæ

m) C. C. C. art. 218.



quæ in inquisitionem factæ sint *n*). Ple-
risque tamen in locis iudex rem furti-
uam, quam intra annum & diem non re-
petuit dominus, vindicat sibi *o*).

TIT. VIII.

DE

SACRILEGIO, ILLIVSQUE
CRIMINE.

§. CXXIX.

Sacrilegii, **F**urtum (§. XCIII.) in re sacra uel in lo-
quod **F**co sacro perpetratum, *sacrilegium**
audit, &, ubi dolo malo commissum est,
crimen sacrilegii.

* Hoc iuris pontificii Dd. quæuis violatio qua-
rumvis rerum personarumue sacrarum dici-
tur, proptereaque innumeræ fere species con-
tinet. Illustr. I. H. BOEHMER I. E. P. V, 17,
43. seq. siue I.O. SAM. FRID. BOEHMER.
*de variis sacrilegii speciebus ex mente iuris ca-
nonici. DAMHOVDER pr. crim. c. CXI.
nr. 4.*

§. CXXX.

Vnde has deduco regulas:

I. Quicquid de furto dictum est, &
de sacrilegio potest dici.

II. Tam rei quam loci qualitas furtum
distinguit a sacrilegio.

§. CXXXI.

n) LVDOVICI c. d. c. 211. I. Lub. IV, 1, 3.
c. I. §. 27. seq. Hamburg. IV, 35. Vid.
o) I.P.S. II, 31, Sueu. LVDOVICI c. d. §. 25.

